HIERONYMUS
Salzburg, St. Peter, Ende 8. Jh. Seite 88v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Conquassauit capita in terra
multorum. Iste quid faciet aliud
de torrente in uia bibit. uidea
mus ante uiam ut postea uide
mus in uia torrentem
Via saeculi istius dicitur per quam
ambulauit. deniq; scriptum est
in euangelio esto consentiens
aduersario tuo dum es in uia.
hoc est dum ambulas in isto
saeculo et per uia uades ad eum
qui uera est uia unde dicitur
et in centesimo octabo decimo
psalmo. beati sunt qui in istius
sancti uia inmaculati sunt et in
isto mundo. ergo sacerdos
secundum ordinem melchisedech
quoniam uenit in uia sancti et ambulauit
in uia nostra bibit et ipse de tor
rente qui erat in sancto. tor
rens non habet aquas naturales
non habet aquas aquae semper fluunt
sed habet aquas de tempestatib;
de pluuiis de turbine procellis.
torrens numquam est in montib;
sed semper in uallib; in praecipi
tib; locis alienas aquas conci
pit et parturit et tumens uadit
de torrente in uia bibit.
torrens numquam habet mundam
aquam sed semper turbidam.
hoc dicitur quoniam sancti istius aquae
semper turbidae sunt

semper plenae tempestate
Vultis scire quomodo de
torrente turbido biberit
et ipse dicit tristis est ani
ma mea usq; ad mortem
et dicit euangelium et cepit inquit
contristari et conturbari
bibit ergo et iam dominus noster de
torrente istius sancti aquas
turbidas aquas tristes
aquas quae non habent lae
titiam tulit calicem et im
pleuit de torrente mundi
et quoniam turbidae erant aquae
dicit pater si possibile est.
transeat calix iste a me bibit
ergo de torrente mundi
istius sed non bibit quasi in
domo sua sed in uia ad alia
ire festinans. bibit de tor
rente in uia propter ea bibit
de torrente quia in uia erat
de torrente bibit. si dominus
bibit de torrente mundi
istius quanto magis sancti
Vultis scire quoniam semper sancti de
torrente bibunt dicit et
in alio loco torrentem per
transiit anima nostra de
torrente in uia bibit. dixi
mus de torrente dicamus
et iam et testimonium tor
rente per transiit anima nostra